

98

Cum
Vir Plurimum Reuerendus, Amplissimus
atque Clarissimus

DN. M. ADAM *B*schwend/

per biennum & quod excurrit
Rector Scholæ Senatoriæ Numburg, de iuuentute
Scholaftica insigniter meritus,
nuper admodum rite vocatus & clementissime
confirmatus

DIACONUS ad D. WENZESLAI,
sceptra Scholaftica depositurus,
Dominica Sexages. 1709.
Concionem accessoriam haberet,
Ipsi gratulari,
acerbiora autem sua sibi fata dolere voluit,
Schola Numburgenium Senatoria.

NUMBURGI, LITERIS BOSSOE GELIANIS.

Hic est filius Ioseph, qui mecum fecit fortis
Hoc est enim rex, qui secundum illud prophetarum
Hic est filius Ioseph, qui secundum illud prophetarum
Hoc est enim rex, qui secundum illud prophetarum
Hoc est enim rex, qui secundum illud prophetarum
Hoc est enim rex, qui secundum illud prophetarum

Hic

98



Eu mihi, quam duræ versant mea tempora
fortes!

Quam me continuo tristia fata manent!

Nonne meas myrtosturpat funesta cupressus?

Iubila num turbat ~~menia~~ moesta mea?

Omnia iam resonant luctu per Palladis ædes,

Ipsa sedet niueas iam Dea scissa cōrias.

Fundamenta cadunt, cur non domus ipsa ruinam

Sentiat? Extincto pectore vita fugit.

Desperent nati cur non in morte parentis?

Regeque denato subdita turba fleet?

Fons ipse obstruitur, cupidis vnde vnda meabit?

Extincta quisnam luce videre valet?

Quis flectet cursus, cum currum auriga relinqvat?

Nam tunc ex facili deuius ire potest.

Quisnam vela dabit, nauemque per æquora ducet,

Nauita cum fragiles deserat ipse rates?

Scilicet heu! vix est completus tertius annus,

Tertius & miseræ iam mihi Rector abit.

Quippe duos rapuit rapidi violentia lethi,

Tertius at lætus pulpita sacra petit.

Primus erat TOEPFFER: (primus dolor occupat artus,

In mentem TOEPFFER dum venit ipse meam.)

Hic est ille senex, qui me per tempora multa

Florentem rexit, gloria prima fuit.

Hic est ille senex, duxit qui rite iuuentam

Ad verum veræ religionis opus.

Hic

Hic est ille senex, cuius dulcissimo ab ore
Fluxerunt sophiae dogmata docta sacræ.
Hic est ille senex, cunctis largitus amorem
Qui flexit miro singula corda modo.
Alter erat dictus LAURENTIUS, ille Sophorum
Verorum splendor, quem mihi Gotha dedit.
Hic fuit, ut breuibus verbis quam plurima dicam,
Vir, quem non titulus, sed pia fata probant.
Larga equidem spe laetabar tunc, huncce futurum,
Qui regeret faustus sceptræ secunda diu.
Irrita spes vero tenues concedit in auras,
Mox etenim mortem Rector amandus obit.
Sic sol, qui dederat vix lumina clara videre,
Occidit, & tenebris obruit umbra diem.
Nunc auges vero GSCHWENDI Reuerende, dolorem,
Ponere dum rursus nunc mea sceptræ cupis.
O! mihi post nullos ynquam memorande Parentes,
Et cui præcipue fors mea visa sua est.
Tu mihi consilium viuendi mite dedisti,
Artibus ut possem non rudis esse meis.
Dum tu vixisti mecum, velunque dedisti,
Hæc mea per placidas cymbæ cucurrit aquas.
Nonne meos igitur luctus nunc occupet artus?
Nonne riget tepidas plurima gutta genas?
Non certe tantos questus effundere vellem,
Si me pressissent talia fata semel;

Sed

Sed tribus heu vicibus claris Rectoribus orba,
Non possum lacrymas nunc cohibere meas.
Musæ nunc byssō contextas ponite vestes,
Et furuis faccis nunc operite genas.
Edito non manibus, non vocibus edite plausus:
Nunc vero fletus ferte referte pios.
Nonequidem in video, GSCHWENDI, Tibi fata secunda:
Sed tantum doleo fata sinistra mea.
Et quoniam summo placuerunt fata IEHOVÆ,
Eius in arbitrium nunc quoque trado meum.
Præterea Tibimet gratam nunc offero mentem,
Quam præter nihil est, quod Tibi ferre queam.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo:
Quam subeant animo meritorum obliuia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
IOVA Tibi facilis sit, opis nullius egentem
Fortunam præstet, dissimilemque meæ!
Conservet sanam mentem hic in corpore sano,
Possis ut officio rite præesse tuo!



78 M 496

ULB Halle
001 618 148



3

TA -> 0L

K018

b7

Cum
Vir Plurimum Reuerendus, Amplissimus
atque Clarissimus

DN. M. ADAM Schwend/

per biennium & quod excurrit

Rector Sch. Nemburg. de iuuentute

meritus,

nuper ad & clementissime

DIAC ENZESLAI,

depositurus,

709.

n haberet,

lere voluit,

n Senatoria.

OE GELIANIS.

